

INCIPIIT COM  
PENDIVM ANIMA  
TRANSMUTATIONIS ARTI  
METALLORUM RUPERTO ANGLORUM  
Regi per Raymundum  
transmissum.



Am sæpè & sæpius eloquuti, recolimus multis & diversimodis viis practicandi sup magisterium preciosi lapidis philosophorum. Nunc verò ut veritatem lumine pendas, scias quòd tria principaliter sint nanda. Primò scias materiam unde lapis philosophorum & omnes alii lapides preciosi componuntur. Secundò scias instrumenta, cum quibus operari quis debet. Tertiò scias, quomodo dicta materia cum instrumento operari & practicari habeat. Circa ista tria noveris, quòd nstrum magisterium versatur.

*Quæ est materia nostri lapidis.*

Primò ergò Rex illustrissime, scias, quòd materia nostri lapidis seu omnium lapidum philosophorum atque virtuosorum, qui per artificium generantur vel componuntur, est anima metallica & menstruum nostrum rectificatum acuatum, seu lunaria coelica quæ apud philosophos vocatur Mercurius vegetabilis ortus à vino rubeo vel albo, ut clare patet, & clarè demonstratum extitit, divinitus revelatum figura individuorum tertii libri quintæ essentiæ conditi Abati sancti Benedicti apud Parisios. Et etiam in nostro Codicillo tibi misso per Regem Eduardum. Instrumenta sunt duæ cucurbitæ vitreæ septem vel octo habentes receptacula, demonstratur in nostro testamento tibi cum codicillo misso, in cap. quod incipit, Fili, tu non, &c. Modus verò practicus in sequentibus ad plenum tractatur. Liber præsens dividitur in duas partes principales: Prima quidem pars de Theoria huius artis, & manet indivisa, & incipit ibi, ut immediate sequitur: Sed tamen oportet princeps serenissime, &c. Secunda vero

da ve